

1286, juny, 6

*L'abat Arnau, electe de Sant Pere de Galligants, defineix Berenguera de Forn, de Santa Pellaia, dona pròpia seva, per 15 sous.*

ASD núm. 266, perg. orig., 205 x 220 mm, carta partida, que conté aquesta escriptura i la següent. Hi ha còpia autèntica de 1777 dins del Llibre de Capbreus y notas de la senyora infermera.

Sit omnibus notum quod nos frater Amallus, Dei gratia electus monasterii Sancti Petri de Gallicantu, per nos et successores nostros, de con.sensu fratrum nostrorum diffinimus penitus et absoluimus et a nostra et successorum nostrorum et monasterii nostri dominio eycimus perpetuo te Berengariam, filiam condam Guilielmi de Fumo de Sancta Pelagia, feminam nostram, uidelicet personam tuam et prolem que de cetero de te exiet et omnia bona tua mobilia habita et habenda ubique. Hanc autem diffinicionem et absolucionem facimus Deo et tibimet et specialiter illi domino quem duxeris eligendum omni tempore, sicut melius potest dici et intelligi ad tum et tuorum bonum intellectum et comodum, bona fide sine aliquo retentu quod ibi uel inde in aliquo non facimus. Et propter hoc accipimus de bonis tuis quindecim solidos barchinonenses de temo, renunciando excepcioni non numerate peccunie, et si plus inde deberemus habere, totum tibi remitimus gratis et mere liberalitatis titulo. Tamen non diffinimus, imo nobis perpetuo retinemus Raimundum, filium tuum.

Actum est hoc .vm. idus iunii anno Domini .MCCLXXX. sexto

Ego frater Amaldus, Dei gratia electus Sancti Petri de Gallicantu, subscribo. Ego frater Raimundus de Salelis, monachus, subscribo. Testes sunt Guilielmus, clericus capelle castri de Monteacuto et Raimundus, filius Raimundi Fagii de Crusans.

Eg(s. man. )o Bisullunus Burgesii, terrens locum Raimundi de Toylano, publici Gerunde notaria, hoc scripsi et clausi.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 559